Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

descendat per ordinem sicut altera. et deferatur omnibus ad salu
tandum. His ita peractis. eodem ordine quo ascenderunt
in ecclesiam. redeant ambe ad sacrarium. Tunc pontifex la
uet manus. et diaconi uadant ad altare et discooperiant sancta.
Et pontifex ueniens ad altare diuidat oblatas ad frangen
dum et communicet omnis populus ordine suo. et sumat de
ipsis oblatas integras ad seruandum usque mane diei pa
rasceue. de quibus communicent absque sanguine domini.
Sanguis uero eadem die penitus consumatur. Et scola can
tet. Agnus dei. Et communio. Dominus Iesus postquam cenauit. cum
psalmo et gloria. Fractis oblatis communicent presbyteri et diaco
ni et ceteri omnes. Archidiaconus autem stans ante altare
et tenens calicem in manibus cum sanguine domini leuat anti
phonam. Calicem salutaris. Psalmus Credidi. Cum his qui. Psalmus Ad dominum cum tribularer. Ab
hominibus. Psalmus Eripe me domine. Custodi me a laqueo. Psalmus Domine clamaui. Considera
bam ad dexteram. Psalmus Voce mea. Cenantibus. Psalmus Magnificat. Sequitur oratio ad com
plendum. Et ita perficiatur plenarie ordine suo. et pontifex
descendat in sacrarium mandans presbyteris quod uoluerit. Tunc
nouum chrisma misceatur cum ueteri. si quid residuum
fuit. similiter et oleum et ita diuidatur per presbyteros et finita
sunt ista. Ad uesperam autem huius diei nuda sint altaria usque
in mane sabbati. His ita omnibus expletis. procedat dominus
episcopus cum omni alacritate cum presbyteris et clero si uult
ante. uel post cibum ad locum ubi mandatum perfi
cere uult. Sintque ibi parati precessores accoliti duo cum